



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xiiij. Renuntiatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

fint, vnde hos sumptus ferre A
possit, nullaquē cōsuetudo hoc
oneris ad laicos transtulerit^a.

Item sciendum, licere interdum in aliena parrochia nouā Ecclesiā ædificare, si publica vtilitas id flagitet, veluti si ita longē absit parrochia Ecclesia, vt nō facile animabus curæ eius creditis, vbi necessitas exegerit, p̄stō esse possit: ex quo sæpè eveniat plures animas in periculū adduci: tunc enim Ecclesia constructui poterit, quæ animabus oportunior sit, & ipsi Ecclesiæ veteri ius Rectoris in ea præsentandi vnā cum patrono, qui eā fundauerit, competet^b.

DE RENVNCIA- tione,

TITVLVS XIII.

Q Vi beneficia, vel dignitates aliquas habent, illas interdum renunciant: quod cum venia prælati, cui subiunt, facere debet^c. Nam si vel prælato inconsulto, vel fortè in manibus Laici cuiuspiam quis sacerdotium suum abdicarit, nulla erit abdicatio, quod ad Prælati præiudicium attinet. Sanè ipsi renuncianti oberit, hoc laico tribuisse, vt in eius manibus suum beneficiū cederet, idemq; ab eo sibi conferri pateretur: nā hoc ipso beneficio erit spoliandus^d. Puram quoque & liberam esse oportet renunciatio-

nem, quæ in manibus Ordinarij sit^e. Quisquis autem beneficium suum semel renunciarit, sciat sibi ad illud repetendum viā esse interclusam^f: cuius quidē renunciationis, vel ex ipsius renunciantis confessione, vel etiam Episcoporum literis indubitarum sumetur testimonium^g. Sed etsi nondum cesserit, cedendi tamen à Prælato licentiam impetrarit, non licebit ei postea consilio mutato à cessione abstinere, sed à Prælato cedere cogendus erit^h. Quod si contigerit eum, qui vltro reddiderit beneficium, denuò ad illud eligi, nihil ei obstabit olim facta renunciatio, quamvis etiā iureiurando firmata essetⁱ. Itē si quis probauerit, se non vltro, sed coactum metu resignasse, audiendus erit: adstringiturque reus, qui ei voluntariam exceptionem obijcit, in exceptione causam exprimere, qua ad renunciandum actor adductus fuerit^k.

Si quis amica & beneuola Canonicorum gratia potius, quàm literarum Pontificiarum auctoritate cupiens beneficium consequi, ipsorum Canonicorū arbitrio mitis se submittere dixerit, non propterea videtur literarum Pontificiarum, quas habebat, fauorem hac sua comitate repudiasse, nec ei nocebit illiberalis Canonicorum contumacia detrectantium literas

Kk

^a c. 1. ubi gl.
^e c. de his.
de Eccles.
ædifican.

^b c. 3. ex eo. t.

^c c. admonet.
ext. eo.

^d c. quod in
dubijs. ext.
cod.

^e c. ex parte.
ubi glo. &
Dost. de of-
fic. de leg. c.
fin. de pact.
ca. tua nos.
de simon.
^f c. ex trans-
missa.
^g c. in præ-
sentia.

^h ca. quidam.

ⁱ c. 2.

^k c. super hoc.

*a. uenies ad
Apostoli.*

Pontificias exequi^a. Quod etiã A
certius erit, ubi ex ipse literis
institutio iam secuta erit: tunc
enim, quod plus est, etsi ipsis ad
uersarijs literas Apostolicas, ve
luti eas abnuens, & Canonicorũ
gratiã tantũ se submittes,
reddidisset, hoc tamen factõ in
stitutionis sibi quãsitã iure ex
cõtumaci aduersariorum & im
pudenti pertinacia, non priua
bitur. Potuisset tamen illi hoc
incautum eius factum nocere,
si nondũ institutus fuisset, cũ li
teras Apostolicas prodegit^b.

B. c. sanẽ.

Item si quis Prælatus, dũ cor
poris ægitudine oppressus bre
uĩ se moriturum suspicaretur,
suos subditos absoluerit, ne si
bi parẽre tenerentur, non idcir
co tamen præfecturam videtur
abdicasse^c. Potest Episcopus,
qui vel persecutionem veritus,
vel aduersa valetudine, aut in
scitia deterritus, vel simoniã vi
tium (quod clam se in sui cõmo
dum fuerat commissum) peros
sus, aliãve simili causa adductus
Episcopatum deposuerat, seq;
ad religionẽ transtulerat, ad E
piscopatũ denuõ assumi: quod
tamen ei tunc non permittere
tur, cùm propter suum crimen
se ab eo remouisset^d.

*d. c. quod trã
lationem.*

Renunciatio etiam per Pro
curatorẽ ad hoc specialiter con
stitutum fieri potest, & sera erit
domini pœnitentia tunc man
datum revocare volentis, cùm
procurator animi ipsius igno

rans mutationẽ, Prælato nõ mi
nũs ignorãti iã Beneficiũ reddi
derat, nisi vel pcurator, vel Præ
latus dolosẽ curassent, ne ad se
revocationis nunciũ pveniret^e.

e. clem. unien.

Non tamẽ omnibus permit
titur officium, vel dignitatẽ suam
arbitrio suo deponere: nam &
si Episcopus aliquis senectutẽ
causatus, successorẽ sibi dari po
stulet, nõ facillẽ impetrabit, si a
lio qui Ecclesiã vel necessarius,
vel saltẽ utilis, videatur^f. Si qs
tamẽ aperto mortis in discrimi
ne verletur, dũ Episcopatus sui
administrationẽ strenuẽ gerere
studeret, & in Ecclesia sua morari
conatur, poterit missionem im
petrare^g. Sed & aliã sunt cau
sã, quã deponendi Episcopa
tus iustam tribuunt excusatio
nem, quas Innocẽtius III. epi
stola sua ad Arelatẽsem Episco
pũ dilucidẽ cõplexus est: vt, te
nuis & malẽ firma corporis va
letudo, conscientia criminis, in
scitia, si plebi sit invisus: si ei of
fendiculo, seu scãdalo sit: si irre
gularitatem contraxerit^h.

f. c. i. extra.

*g. c. ad suppli
cationem.*

*h. c. nisi cum
pridem.*

Prælatus autẽ, qui summo Põ
tifici immediatẽ subest, non po
test ab alio, q̃ ab ipso summo Põ
tifice, præfecturã, quã gerit, va
cationem impetrareⁱ.

i. c. si. extra.

Qui Prẽbendã suã exilẽ ideo
abdicauit, vt alij noceret, quẽ p
sumebat literarũ Apostolicarũ
authoritate aliã pinguiorẽ pro
pediem habiturũ, nisi hac tenui
dolo suo præveniretur, nihil a
gita

gita

git: sed si ipsemet eam maiore in se transfere curauerit, utraq; carebit. Hic enim manifesta apparet fraus, quæ regi non potest.

a c. fin. in 6.

b c. i. in 6.

Sciendum est etiam summum Pontificem renunciare posse.

DE IMMUNITATE
Ecclesiarum,

TITVLVS XV.

Vt Clerici diuinis commodius vacare possint, aduertunt Canonicæ leges, ne vlla eis onera per laicos imponi possint, sed ut ab omni grauamine & tributo immunes custodiatur, omniaq; eis prouilegia indulgeatur, propter quæ ab omni vexatione securi, vni Deo omnem operam suam colendo nauare possint.

Quapropter plena personarum, & rerum suarum immunitate à laicis perfrui debet: ideoque ex Concilio Lateranensi sancitum est, ne secularis potestas vllum onus, vel tributum clericis, aut Ecclesijs imponat: quod si non seruarint, & moniti non destiterint, ipsos, eorumq; fautores à Christianorum communitate exterminat, nec prius restitui eos permittit, quàm Clericis eo modo læsis integre satisfecerint.

Permittitur tamen ab eis aliquid percipi, vbi maximam necessitatem, vel evidentem Ecclesiæ vtilitatem viderint, cui rei secularium facultates nequaquam satis

fuisse futurae: idq; cernēs Episcopi & Clerus subueniendum ei iudicant.

c. non minus.

Constitutiones autem & sententiæ contra supra dicta factæ, inanes & irritæ esse decernuntur, nec supra dicta excommunicationis pœna solutus quis erit, quamvis post legem violatam, pœnamq; admissam officium deposuerit, nisi satisfecerit, eademq; pœna etiã successorẽ devincit, nisi damnũ à predecessore suo illatũ intra mensem restituerit.

d c. aduersus.

B

Quod cum ab Innocentio III. in generali Concilio statutum esset, eius constitutione Alexander III. constitutione promulgata non modo approbavit, sed etiã amplificavit, ut ex ea percipi potest: Postea Bonifacius VIII. declaravit, leges supra dictas contra collegiũ, vniuersitates, personasq; singulares cuiusvis dignitatis, aut conditionis extendi, quicũq; ab Ecclesijs aut Clericis pro eorum personis, aut rebus, aliquid vectigalis, vel portorii nomine, seu cuiusvis alterius tributi titulo exigere ausi fuerint: pœnamq; addidit interdicti, vel excommunicationis, legis violatoribus: quos ita interdictos, vel excommunicatos publicè pronunciarum Episcopus curare debet.

e c. i. de immu. Eccles. in 6.

f c. quando de censib. in 6.

g c. cler. present. de censib.

Sed cum ex Innocentiana lege quædam quasi anxia laicis Principibus, oblata videretur clericis & Ecclesijs expilandi hac spe-